"Sit notum cunctis quod ego Arnaldus de Solario et uxor mea Guillerma commutatores sumus domino deo et ecclesie Sancti Petri Villamajoris et ejusdem clericis silicet Petro de Olia pultoribus et Raymundo Sunario ebdomedariis unam petiam terre que franchum et liberum est alodium nostrum quam habemus in loco vocitato de Loparia planum per petiam unam terre quam nos longe retro tenuimus et habuimus per dominum deum et Sanctum Petrum in Villarrasa in loco que nuncupatur romegosa terminatur autem predicta petia terre que est in loco prenominato planum de Loparia a parte orientis in via publica a meridie et ab occidente in alodio dominis regis a cirtio in alodio Sancti Petris Villamajoris Afrontatur autem alia petia terre que est apud Villarrasa in loco jam dicto de Romegosa a parte orientis et a meridie in alodio de nobis escambiatoribus ab occidente in alodio dominis regis a cirtio in alodio P. de Farnes quod tenet P. des Co... Quantum hee afrontaciones includunt prefatam petiam terre de Loparia sic commutamus domino deo et ecclesie Sancti Petri et suis presbiteris quam habeant teneant possideant et expleten in sana pace per francum alodium per jam dictam petiam terre que est in loco jam dicto romegosa Et nos jam dicti presbiteris eclesie Sancti Petri laudamus tibi Arnallo de Solario et uxori tue Guillerme et vestris in perpetuum per liberum et franchum alodium vestrum prefatam petiam terre que est in loco romegosa Sunt autem in Comitatu Barchinone in parrochia Sancti Petri Villemajoris per locos jam dictos Si quis hec frangere supra dicta voluerit in duplo componat et postea hec carta maneat firma in omni tempore Actum est hoc II kalendis marcii anno domini III C X C IX Sig+num Arnalli de Solario Sig+num Guillerme uxori ejus Sig+num Ferrarii de.... Sig+num Petri de Columbario Sig+num Bernardi Guiliberti Sig+num Petri de Canale

Sig+num Raimundus Sacerdos qui hec scripsi cum literis suprapositis in XVII linea die et anno quo supra"